



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklesiastikē Istoría

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XXVI. Quomodo Romam Maxentii tyrannide liberare decreverit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Principem atq; Imperatorem per se ipse provexit: adeo ut, cum ceteri omnes aliorum suffragio hunc honorem consecuti sint, solus hic fuerit de cuius promotione nemo mortalium gloriaretur.

CAPI T XXV.

Constantini de Britannia & Barbaris victoria.

POSTquam igitur in Imperio firmatus est, primum quidem Imperii partibus sibi à patre transcriptis prospicere cepit; universas provincias quae antea sub patris administratione fuerant, cum summa humanitate perlustrans. Sed & Barbaros qui ad Rhenum & occidentalem Oceanum positi novos motus concitare ausi essent, cunctos suae dominationi subijciens, ex feris mansuetos reddidit. Alios vero reprimere contentus, tanquam feras bestias ab Imperii sui finibus absterruit: eos videlicet quorum insanabiles animos ad tranquillam & quietam vivendi rationem traduci nullo modo posse animadverterat. Quibus ex animi sententia confectis, reliquas orbis partes sibi ob oculos proponens, interim quidem adversus Britannicas gentes in intimo Oceani recessu sitas trajecit. Eas vero cum subegisset, ad alias mundi partes oculos convertit, ut ea quae auxilio ipsius indigebant, persanaret.

CAPI T XXVI.

Quomodo Romam Maxentii tyrannide liberare decreverit.

POSThaec universum terrarum orbem instar vasti cujusdam corporis animo complexus, ipsamque totius mundi caput & Imperii Romani dominatricem urbem, tyrannica dominatione oppressam conspiciens; primum quidem eam vindicandi ac liberandi partes iis cessit qui reliquas Imperii Romani portiones obtinebant, utpote aetate potioribus. Sed cum nullus eorum opitulari posset, adeoque ipsi qui id tentare voverant ignominiosum exitum nacti essent; vitam sibi minime vitalem esse professus, si urbem omnium dominam tanta agritudine affectam despiceret, ad extinguendam tyrannidem sese adinxit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ.

Κωνσταντίνου κατά Βαρβάρων & Βρετανῶν νίκη.

ΩΣ ὡν Ἰππὶ τῆς βασιλείας ἴδουτο, τῶν μὲν τῆς πατρικῆς αἰσθητικῆς λήξεως, ἐπιποποκῶν σὺ πολλῇ τῇ φιλανθρωπείᾳ παρ' ὅσα αἰσθητικῶν ἔθνη ὑπὸ τῆ τῆ πατρὸς μακροβρυχίας ὅσα τε γῆν βαρβάρων, τῶν φηρῶν ποταμῶν, ἐσπερίων τε ὠκεανῶν ὠκεανῶν, σασάζων ἐτόλμα, πάνθ' ὑποτάσσουσα μερὰ δὲ ἀπθάσων κατεργάζετο. ἀλλὰ ἀναξέλλων, ὡσπερ τῆς θῆρας ἀγρίας, ἀποσβεῖ τ' οἰκίας, ὅσα κῆ ἀνατάσ ἔχοντα τῆς ἡμέρας βίης κατάσασιν ἑώρα. ἐπεὶ δὲ τῆς κῆ λόγον ἔκειτο ἀπὸ τὰς λοιπὰς τῆς οἰκουμένης λήξεως πρὸ ὀφθαλμῶν ἔμενοι, τῶν κῆ Ἰππὶ τὰ Βρετανῶν ἔθνη διέβανεν, ἐν δὲ ἐν τῶ κείμενα ὠκεανῶν. ὡς δὲ τῆς ἀμεινῶν τῶν τα, διεσκόπει τὰς ἑτέρας τῆ παντός μερῶν, ὡς ἀν' ἑραπεύοι τὰ βοηθείας ἐείμω.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κς.

Ὅπως Ῥώμην ἐλευθέρωσεν Μαξεντίου ἀρρεσθέντα.

Εἴθ' ὡσπερ μέγα σῶμα τὸ πᾶν τῆς οἰκουμένης ἐνοήσας σοικεῖον, κάπετα τῆς παντός κεφαλῆν, τῶν Ῥωμαίων δόξης τῆς ἐπισηλεύσαν πόλιν, τυραννικῆ δὲ δόξῃ στυμνὴ καθυπημένω, παρεχώρει μὲν ταπῆσιν ὑπὲρ αὐτῆς ἀμύμων τοῖς τῶν λοιπῶν κῆ μερῶν, ἀτε δὲ χερόν προάγασιν, ἐπεὶ τῶν τῶν εἰς οἶός τε τῆν Ἰππικεῖν, ἀλλὰ κῆ τῶν τῶν λαβεῖν ἐβελήσαντες αἰχρῶν ὑπὸ τῶν τῶν τέλθ. εἰ δὲ βιωτὸν ἀπὸ τῆν ζωνῆν εἶναι τῶν εἰ τῆν βασιλίδα πόλιν ἔτω κάμνωσιν ταπῆσιν, παρεσκόπει τὰς πρὸς τῆν καθυπημένω τυραννίδθ.